



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YCELTIC, vel YCELTZIN.
Radix hepatici coloris emittens nigros
quasi capillos vel fibras. Caules Sa-
xifragiæ marinæ similes.
YCHCAXOCHITL.

Folia satis oblonga. Calyx floris Mal-
uaceis similis: flos magnus crocei
coloris admixta multa rubedine:
stamina exeunt pistilli instar ut in
Maluaceis, vnde inter species has
recenseri debet.

YCHCATLEPATLI, alia Icon.
Caulis purpureus: folia cordis infra
hirsuta & albida, supra verò viri-
dia in corymbo. Fructus obro-
tundus.



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YLLAMATLANTLI.



YCCOTLI.
Videtur arbor hæc primo aspectu Clu-
sij in rariorū Plantarū, opere Dra-
conem arborē, aut Chameriphē re-
presentare, à quibus tamē multum
differt: sunt enim in hac venæ folio-
rum nigre, flos Nerij luteus, vasculū
verò Bursa pastoris simile, eiusq. di-
uisio in duo vascula apparet; vnde
inter Rhododendri species forsan
reponenda.

YHOATTE N.
Folia Limonio similia & æqualiter di-
uisa à vena rubra folium bissecan-
te: stamina floris lutea.

YLLAMATLANTLI.
Folia ut Botrys flauent venis rubris
intersecta; flores albi sunt, calyx
verò Maluaceus: Flos Campanula;
fructus pomula viridia. Videtur So-
lano spinoso, quod Hierichuntica
poma vocant, apprime affinis esse.

YLLAMATZAPOTLI.

YLLAMAXOCHITL.



Glama



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YLLAMATZAPOTLI.

Videtur arbor: Cortex cinereus: fructus cono Pini similis, squamosus, longus tres & dimidium, latus vero duos similiter cum dimidio digitos. Cum nostratium nulla conuenit.

YLLAMAXOCHITL.

Radix rubra vt & folia. Flores rubri figuram ferè Trachelij habent, sed quasi intortam. Folia vt in Ifatide.

YLLI.

Rami colore castaneo. Nerui foliorum ferè tranuerfi; folij longitudo sex, latitudo duorum digitorum.



YC.

YOCOLXOCHITL.

YOLMIMI QVILIZPATLI.



IOANNIS TERRENTII LYNCEI
YLLI
YOCOLXOCHITL.

YOCOLXOCHITL.

Folia Peruince. Flores in umbella carnei coloris, quinque constantes foliolis.

YOLMIMI QVILIZPATLI.

Folia longiuscula & bina Lychnidis; in summo flores statii, pallidi.

YOLO CHICHILTIC.

Caulis castanei coloris; folia Mori. Florem non explicauit Pictor, cuius color obscure rubet.





IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YITZECVINPATLI QVITAYIXPATLI

Folia Artemisiae candidantia. Flos quasi Artemisiae viridis.

YXOCVIEPATLI.

Folia Linariae. Flores oblongi non aperti.

YXPATLI

Radix flava, caules rubri, folia bina Asclepiadis. In extimo quid viride, non explicatum.



NOTATIONES.

YXTLATLATZCAN.

YXPATLA HOAC.

Radix Rhabarbaro colore similis. Folia ex radice nascuntur Limonio similia & obscure virentia.

YXPATLI alia.

Caulis flavus Cannae similis: folium Hederae arborea: ex ipso geniculo fibra circum circa exoriuntur.

YXTLATLATZCAN.

Folium figura cordis, cuius longitudo duorum, latitudo vero duorum cum dimidio, digitorum.





IOANNIS TERRENTII LYNCEI
 YYAVH CENTLI

YXYAYAHVATL vel YXYAYAHOAL.

Radix magna per transversum repens
 fibris scatenis cineritij, cū caulibus
 quamplurimis, coloris: folia bina,
 ex quorum exortu ramuli exeunt
 foliati (quod hic non satis obser-
 uatum) cordis figura & serrata non
 leuiter. Maiora instar Cochlearia
 concava sunt, subtus diluti supra
 futuri viroris.

Pina anona



YYACXIHVITL

Rami pauci: folium Aurantij. Fru-
 cticis alicuius ramus videtur.

YYAVH CENTLI

Species Maizij, colore obscuro ad ca-
 ruleum tendente. Folia pallecen-
 tia. Petiolus flauet.

YXY

YZ



NOTATIONES.

YTZTACATZOYATL

YZQVIEPAPATLI.

Folij longitudo duorum, latitudo vnus
 digiti. Flos rubescit.

YZQVIN CHICHIO ALLI.

Radices pulli coloris, fibræ ex genicu-
 lis oriuntur flauæ: Flos & calyx Cal-
 thæ: in medio flore est capitulum
 viride Anagallidis, ex alia ala exit
 spica quasi piperis.

YTZTACATZOYATL.

Folia longissima octo, lata verò me-
 dium digitum figurà Oleæ: subtus
 albert omnino.

Pp 3

YZ



IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YZTAC COCOC TLACOTLI.

YZTACPATLI VIII. SY

Folium longum quatuor, latum vnum & dimidium digitos: flores albi fortè papposi; capitula videntur Helichrylo similia.

YZTACPATLI VI.

Nodosa est; bina folia opposita gerens, longa quatuor & dimidium, lata mediū digitū, quæ figura Salicis nõ tamè ferrata flauè ex viridi: ex ala dependent filiquæ Asclepiadis longa quatuor, lata duos digitos. Radix Pæoniæ, vel triū Naporum similis.

YZTACPATLI VII. SY

Lignosa est: folia bina Vrticæ vel cordis figuræ subtiliter ferrata: fortè est Vrticæ. Quæuis ala gignit. In sumo bacca virides Ligustri. Alius pediculus portat quasi Melonem vel quatuor semina.



NOTATIONES.

YZTACPATLI I. TEPEXICENSIS. alia Icon.

YZTACPATLI VIII.

Radix Napi viridis, & quinque ex ea caules. Ramulus quiuis quinque folia gerit.

YZTACPATLI IX.

Radix instar Hellebori nigri & nigricans. Rami omnes quinque habent folia oblonga & rotundiufcula. Flores spicati ex viridi lutei conspicuntur.

YZTACPATLI I. TEPEXICENSIS. alia Icon.

Huius historiam cum viribus descriptam, videre est supra libro tertio, capite nono. Quare studiosum Letorem illuc amandamus.





IOANNIS TERRENTII LYNCEI

YZTACPATLI MANALISMI X.

YZTACTLALAVHCAPATLI.

Folia Telephij seu Crassulae habet supra bene viridia, subrus cana. Radicem glabram & profundè meslam. Flores in umbellam formatos gerit, qui in vna umbella albi (signum recentium florum) in altera rubent, orsi an semè denotant. Viderut omnino ad Telephia pertinere.

YZTACTLALAMATL.

Phaseolus trifolius, venis foliorum rubris; flores carnei papilionacei: siliqua Securidacae arborecenti fimilis.

YZTACTLALAVHCAPATLI.

Folia bina sibi ex aduerso posita, figura Iuglandis. Sed herba est, non arbor.



*Adelphina
terrestris
lacumata*



NOTATIONES.

ZEZECPATLI vel CEZECPATLI alia.

YZTAVHYAPATLI.

Radix ouata & ferruginea: folia Salicis sunt quaterna, longa non ferrata, subrus cinerea; quorum longitudo sex digitos, latitudo verò dimidium non excedit.

YZTLACATINIPATLI.

Caulis flauet cum lineis vt pedes Aquilarum. Folia magna Aurantij: ex opposito semper videtur spina.

ZEZECPATLI vel CEZECPATLI alia.

Radix fibrosa & longa. Folia ferrata. Menthae Graecae familia.





IOANNIS TERRENTII LYNCEI
 ATEPOCAPATLIS, alia Icon.

Omissa nonnulla hic habes. Icones siue elaboratiores, siue aliquantulum diuersas & quas non non ab re vel iterum conspicias.

ACAXOCHITL quam pagina 347. aspexisti, diligentius hic delineatam cernere potes.

Frustriferā pariter illam Pannucensem AHATE dictam, quæ pineam illam conglobationem promit, superius pagina 458. expositam.

Sed ATEPOCAPATLIS hæc, quæ hic pingitur simplicior, ramulis est & folio rariori, magisq. & acuto & angusto quàm ea, quæ lib. secundo capite nono ab Authore nostro descripta est, vt pagina 34. videre est.



NOTATIONES.
 TLAHVELILOCA QVAHVITL. COPALLIQUAHVITL TEPOZTLANI.

Copalliferi generis arbor. Copal quahvitl vniuersim vocant, idest Copallis arbores, sed hæc præcisus ad latifoliam cap. 2. lib. 3. pag. 46. descriptam racemosa, scilicet fructu spectare videtur.

MIZQVITL vel ACACIA.

Acacia hæc est Mexicana de qua capite 24. lib. 3. pag. 59. agit author noster, & diuersa quidem aliquantulum prolixa foliolorum serie filiquorumq. nodis magis expressis, ab ea specie, quæ Italiæ hucusq. illata Romæ & alibi colitur. Mechoacanensis vero de qua proxime agit imago, superius est pag. 417. sub Tlacotic nomine primo loco, quod à nonnullis Tlacotic etiam vocitata fuerit & fruticosa potius videatur.

TLAHVELILOCA QVAHVITL.

De hac quæ Caragæ nomine innotuit, agitur lib. 3. cap. 17. pag. 56. Arboris hic stolonones vides non absq. fructu, obrotundis siquidem baccis.



Subsequentium Plantarum Icones adiecimus,
eò quod accuratius delineatæ sint,
quam eadem plantæ suis
locis appositæ.

NEPALXOCH CVEZ ALTICQVIZI,
Fol. 392.



BO

FRV-

NO

MIXOVLIT MI ACACIA
COPALITIOVAHVIT TEOXIANI
NARDI ANT. RECCOHI



ALIAVHVELOCA QVAHVIT
NOTATIONES
COPALITIOVAHVIT TEOXIANI

Copalliti generis arbor. Copal dicitur
venerim vocant, idem Copalliti nomen
sed hac præteritis ad istollam cap. 2.
lib. 2. pag. 16. descriptum in emolent.
ec. fructu speculo videtur.

MIXOVLIT MI ACACIA
Acacia hæc est Mexicana de qua cap. 12.
lib. 3. pag. 23. agit autor nostræ dicitur
venerim ab antiquis præterea copalliti
sive dicitur, nobis nostris copalliti
de ea f. 1. cap. 12. pag. 23. hinc
m. & sicut collig. Meli. conseruata est
de qua proximo agit in agro videretur
pag. 47. s. 1. f. 1. conseruata est
quod nomen in f. 1. conseruata est
in f. 1. conseruata est.

ALIAVHVELOCA QVAHVIT
De hac dicitur Cæsar nomine inuenit. s. 1.
en lib. 2. cap. 12. pag. 23. hinc
f. 1. conseruata est in f. 1. conseruata
est in f. 1. conseruata est.

